

- Purga quidquid inest vulnus inicuum;  
 Nodos perfidia redde solutos,  
 Ac saevum cohive coelitus ictum.  
 Pro nobis pietas tua te poscat,  
 10 Spiraque tuis, inclyte, sanctis  
 Talem promisseris summere vocem,  
 Quae intrare tuas possit ad aures.  
 Iam vide gemitus, aspice plantus,  
 Rugitum Populi, praesulum atque  
 15 Sacrorumque pius principum audi  
 Singultus, lacrymas, flebiles quaestus.  
 Nobis immeritis commoda aurem,  
 Ne quamvis gravidos ponderis mole  
 Consummas facilis ulceris labe,  
 20 Quas sacro redimis ipso cruento.  
 Fletum, qui sceleris Ninevitarum  
 Commutans melius aethere repente,  
 Mortem, quam timidi iam metuebant,  
 Clemens innocuam esse quivisti:  
 25 Tot tantaque tuum murmura nostra  
 Scandat flammigerum culmimis arcem,  
 Ex quo salvicum rite fomentum  
 Cunctis adveniat ocios aptum.  
 Temptos magne plagam inguinum omnis  
 30 Incursus mortis varios acervae  
 Impensum redige, noxia quaeque  
 Dextera sancta tua percitus arce.  
 Coelestis medice, Christe tremende,  
 Incursus varios mortis acervae  
 35 Impensum redige, tuque potenter  
 Languenti populo pande vigorem.

## XII.

## AD NONA.

- Huius supplicium pestis amarae  
 Depelle, opifex, crimine dempto,  
 Ut morbi fugiens dira vetustas,  
 Succedat Populis aucta venustas.  
 5 Mercedis propriae unguine sancto  
 Fauctor debilia membra foveto:  
 Nervos conglomera iam resolutos  
 Et vitam tribuens, ablue nexus.

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

- Ad quamquam gravior culpa subinstet  
 10 Maior namque tua gratia polleat,  
 Quo nostri oneris vincla resolvens,  
 Concedes veniam, devicta lace.  
 Praesta, ingenite, gloria summa,  
 Semper cum Genito omnia imples  
 15 Compar Spiritui Trinitas una,  
 Haec vera Deitas saecula gubernans.

## XIII.

## DE STERILITATE PLUVIAE.

- Squalent arva soli pulvere multo,  
 Pallet siccus aër, terra fatescit;  
 Nulla roris onus, nulla venustas  
 Quando nullae vires gratia florum.  
 5 Tellus dira sitit, ne scia roris;  
 Fons iam nescit aquas, flumina cursus;  
 Herbam nescit humus, nescit aratum  
 Magnorum rupta, patet turpis hiatus.  
 Aestu fervet humus, igneus ardor  
 10 Ipsas urit aves, frondea ramis  
 Fessis tecta negant pulvis arenae,  
 Sicco disputur ore viantis.  
 Ventis ora fere bestia ventis,  
 Captantesque viri flamma venti  
 15 Ventis, et volucres ora recludent,  
 Hac mulcere sitim fraude volentes.  
 Foetus cerva suos pignera cerva,  
 Foetus cerva siti fessa recussat,  
 Foetus cerva pios moestare linquit,  
 20 Quaesitam quoniam non vehit herbam.  
 Venerunt iuvenes pocula noti  
 Quaerentes puteum, linphaque fugit  
 Et vasis vacuis, tecta revisunt  
 Fletu seu proprio ore bibentes.  
 25 Bos praesepe suum linquit innane,  
 Pratorumque volens carpere gramen,  
 Nudam versat humum; sic pecus omne  
 Fraudatum, moriens, labitur herbis.  
 Radices nemorum rustica Plebs  
 30 Explorat miseros, curva labore,  
 Solarique famem cortice quaerit,

Nec succos teneros arida praestet.  
 Hanc peccata famem nostra merentur;  
 Sed mercem propriam, Christe, foveto,  
 35 Quo culpa gravior gratia maior,  
 Iusti supplicii vincla resolvat.  
 Iam coelum reseres, arvaeque laxes  
 Secundo placidus imbre rogamus,  
 Eliae meritis impia saecla  
 40 Donasti pluviam, nos quoque dones.  
 AEterne genitor, gloria Christo  
 Semper cum Genito sit tibi sancto,  
 Compari Spiritui qui Deus unus  
 Pollens perpetuis, inclyte saeculis.

## XIV.

## DE UBERTATE PLUVIAE.

Obduxere polum nubila coeli,  
 Absconduntque diem, sole effugato,  
 Noctes continuas sidere undas,  
 Et lunae viduas carpimus olim.  
 5 Aether dira micat igne corusco,  
 Concuسوque tremit cardine mundus,  
 Coeli porta tonat, raptaque credas  
 Axis aetherei vincla resolvit.  
 Exrescent pluviis equora Ponti,  
 10 Nec fines proprios iam freta norunt,  
 Terrarum taedio fluctuat unda,  
 Errabunda secat arva carina.  
 Portus nauta suos littora nauta  
 Seccesusque suos nauta requirit,  
 15 Hospes nauta satis hostibus hospes,  
 Messes nauta supernavigat hostes.  
 Flentes agricolae culta relinquunt,  
 Spectans naufragium triste laboris  
 Messi laeta natat semina census,  
 20 Nati tecta petunt, arvaeque migrant.  
 Cernas alta domus culmina ferri  
 Et mutatis locis lumina poni,  
 Moestas inter aves ludere pisces  
 In tremulis ludere tectis.  
 25 Eversa videas arbore nidos  
 Pullis cum teneris per freta duci,

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

Nec matrem exilio ponere curas  
 Maioresque metu cogere fretas.  
 Spectat turba virum, turba fenestris  
 30 Spectat foeminei turba pudoris,  
 Deploratque famem turba precantium,  
 Victum navigiis nauta ministret.  
 Ihesu, parce tua morte redemptis,  
 Prior diluvium pertulit aetas,  
 35 Ut mundaret aqua crimina terras,  
 Sed mundata tuo sanguine terra est.  
 Ramum missa ferens ore columba,  
 Ramum paciferae munus oliave,  
 Exutas liquido flumine terras,  
 40 Laeto significat lapsa volatu.

## XV.

## DE NUBENTIBUS.

Tuba clarifica, Plebs Christi, revoca  
 Hac in Ecclesia votiva gaudia:  
 Fide eximia celebra monita,  
 Confitere piacula.  
 5 Rite magnalia clange deifica  
 Coelicas ianuas patentes intonna:  
 Quos dira truserat veneni invidia,  
 Iam Christus cuncta reserat.  
 Sic fera framea serpentis lancea  
 10 Adam protoplastum<sup>4</sup>, primaevum incolam,

<sup>4</sup> Es digna de notarse la analogía que existe entre estas dos estrofas, relativas al primer Padre del género humano, y lo que dice San Isidoro de Adam en su libro *De Vita et obitu Patrum*, en su lugar citado: «Adam protoplastus (escribe) et colonus Paradisi, princeps generis et dilectus, ad imaginem Dei factus... postquam serpentis dolo lingua pollutus foeminea, per tactum ligni, loci beatitudinem prophanavit Paradiso proiectus, in terram sentibus squalentem, operarius gemens incoluit. Amissaque immortalitate, in pulverem rediit (Cap. I). Considerando, al reparar en la identidad de la doctrina y en la semejanza de la frase, que menciona San Isidoro los epítalámios (carmina nubentium) cantados por los escolares (a scholasticis) ya en 633, y constándonos que escribió algunos himnos, no sería descabellada hipótesis la que le atribuyera este himno epítalámico, uno de los más bellos, como queda apuntado, de la época visigoda. Pero ya que no sea posible afirmarlo rotundamente, tam-

Eva foeminea polluit labia,  
 Et expulsit a Patria.  
 Usurpant vetita ligni pomifera,  
 Deceptis oculis cernunt squalida,  
 15 Exusta corpora flamma anguifera,  
 Dolendo gignunt pignera.  
 Epithalamia usque dum reddita  
 Voce paradica receptant gratiam:  
 Crescite, clamitat, replete aridam  
 20 Ornate thori thalama.  
 Pistis nardifica, arva ambrosea,  
 Cum Christum coelicum virgo puerpera  
 Redimens misseros ad vitam invitat,  
 Plaudete, evangelizat.  
 25 Choreis tympanis exulta, musica,  
 Et redde Domino vota perennia,  
 Qui crucis gloria eruit animas,  
 Quas coluber momorderat.  
 Pusilla copula, adssume fistulam,  
 30 Liram, et tibia perstrepe canticam;  
 Voce organica carmen melodia,  
 Gesta psalle divitica.  
 Fecunda, Domine, praesentes nuptias  
 Prole dignissima, qui tibi serviant,  
 35 Et tuo nomini gratias referant,  
 Benedictique permaneant.  
 Cithara, jubila; cimbala, concrepa;  
 Cinara, resona; nabulum, tripudia  
 Excelso Domino qui regit omnia  
 40 Por cuncta semper saecula.

## XVI.

## GENERALIS DE INFIRMIS.

Christe, coelestis medicina Patris,  
 Verus humanae medicus salutis,  
 Provide Plebem precibus potenter  
 Pande favorem.

poco se podrá negar que se revela en este cántico de una manera inequívoca la tradición isidoriana, que vemos en todas partes reflejada con la mayor viveza.

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

5 En ob infirmos tibi supplicamus,  
 Quos nocens pestis, valetudo cassat,  
 Ut pius morbum releves iacentum,  
 Quo quatintur.  
 Qui potestate manifestus extans,  
 10 Mox Petri socrum febribus iacentem,  
 Reguli prolem, puerumque salvans  
 Centurionis.  
 Ferto languenti populo vigorem;  
 Efflue largam Populis salutem;  
 15 Pristinis more solito reformans  
 Viribus aegros.  
 Corporum morbos, animaeque sana;  
 Vulnerum caussis adhibe medellam:  
 Ne sine fructu cruciatus urat  
 20 Corpora nostra.  
 Omnis impulsus perimens recedat;  
 Omnis incursus crucians liquecat;  
 Viror optatae foveat salutis  
 Membra dolentis.  
 23 Iam Deus nostri misserere fletus,  
 Pro quibus te nunc petimus mederi;  
 Ut tuam omnis recubans medellam,  
 Sentiat aeger;  
 Quo, per inlata mala dum teruntur,

30 Eruditorum numero decori  
 Compotes intrent, saciante fructu,  
 Regna Polorum.  
 Gloriam psallat chorus, et resultet,  
 Gloriam dicat, canat, et revolvat;

35 Nemini Trino, Deitati soli  
 Sidera clament.

## XVII.

## GENERALIS DE DEFUNCTIS.

Christe Rex, mundi Creator,  
 Et Redemptor inclyte,  
 Vota Plebis obsecrantis  
 Tu, benigne, suspice:  
 5 Supplici voce praecamur,  
 Postulatus adveni.  
 Mortis olim tu potenter

- Vincens ut Princeps,  
Tartara saevā petisti,  
10 Dira claustra diruens,  
Ferrea vinela resolvens,  
Et retrusos eximens.  
    Hoc triumpho confitentes,  
Mente prona quaessumus;  
15 Mortis ut tu des quieteīn,  
Cum quiete gaudium:  
Dexteræ Patris trophyeo  
Cum beatis omnibus.  
    Non eos flamma perurat:  
20 Non catena vinciat;  
Vermis illius pavendi  
Nemo poenam sentiat:  
Sed tuo dono beati,  
Absque fine gaudeant.  
25 Praestet haec Unitas semper  
Atque summa Trinitas;  
Cuius est perenne nomem  
Sempiterna claritas:  
Ac Deus Trinus et Unus  
30 Regnat ante saecula.

## XVIII.

## IN EXEQUIAS DEFUNCTORUM.

- Deus igenee, fons animarum,  
Duo qui socians elementa:  
Vivum simul, ac moribundum  
Hominem, pater effigasti.  
5 Tua sunt, tua Rector utraque:  
Tibi copula iungitur horum;  
Tibi, dum vegetata cohaerent,  
Spiritus simul et caro servit.  
    Rescissa sed ista seorsum,  
10 Solvunt hominem, perimuntque;  
Humus excipit arida corpus,  
Anima rapit aurea liquorem.  
    Quia cuncta creata necesse est  
Labefacta senescere tamdem,  
15 Compactaque dissociari,  
Et dissona testa retexi.

## PARTE I. ILUSTRACIONES.

- Hinc maxima cura sepulchris  
Impenditur: hinc resolutos  
Honor ultimus accipit artus,  
20 Et funeris ambitus ornat.  
    Hoc pròvida Christicolarum  
Pietas studet; ut pote credens  
Fore protinus omnia viva,  
Quae nunc gelidus sopor urget.  
25 Quia iacta cadavera passim  
Misserans tegit aggerae terrae:  
Opus exhibet ille benignum  
Christo pius omnipotenti.  
    Quia lex eadem movet omnes  
30 Gemítum dare sorte sub una:  
Cognataque funera nobis  
Aliena in morte dolere.  
    Sequimur tua dicta, Redemptor,  
Quibus atra morte triumphans,  
35 Tua per vestigia mandas,  
Socium crucis ire latronem.  
    Patet ecce fidelibus ampli  
Via lucida iam Paradissi;  
Licet et nemus illud adire  
40 Homini, quod ademerat anguis.  
    Illic precor, Optime Ductor,  
Famulam tibi, praecipe, mentem  
Genitali in sede sacrari,  
Quam liquerat exul, et errans.  
45 Animas, non immemor ob hoc,  
Quarum memores sumus ipsi,  
Deus, sorde rogamus, piatas,  
Erebi regis fac alienas.  
    Sit honor tibi, Fons pietatis:  
50 Laus, gloria, summa potestas  
Patri, Genito, sive Domino  
Orbi Regi, qui Deus unus.

Á los hombres ilustrados que ven en las obras literarias algo más de las formas externas y que saben sorprender en estas el estado de la cultura de los pueblos, dejamos pues la individual quilitacion de todos estos peregrinos cantos. Sobre las observaciones que, así en el cuerpo de la historia como en estas *Ilustraciones*, dejamos indicadas, pueden hacerse otras muchas, ya respecto de las

costumbres, ya respecto de las creencias, ora en orden á la lengua, ora en fin con relacion al arte. Algunas expondremos en sus lugares oportunos: otras caen naturalmente de su peso, y fuera ofensa para los lectores el apuntarlas: todo persuade y convence de cuán grande es el interés de este peregrino monumento de la cultura hispano-latina durante la monarquía visigoda, y cuán notable ha sido la injusticia de los que, por incuria ó ignorancia, condenaron aquellos tiempos á completa barbarie.

FIN DEL TOMO PRIMERO.

## INDICE.

	Páginas.
DEDICATORIA.....	"
ADVERTENCIA.....	"
INTRODUCCION. Espíritu, carácter y tendencias de la crítica literaria en España.—La crítica en el siglo XIX.—Objeto y plan de esta obra.....	I
CAPÍTULO I. PRIMEROS INGENIOS ESPAÑOLES.—DE PORCIO LATRON Á MARCO ÁNNEO SÉNECA.—Primitivos pobladores de España.—Colonias anteriores á los romanos.—Rivalidad de Roma y de Cartago.—Triunfo de Roma.—Conquista de España.—Medios empleados para llevarla á cabo.—Política de la República.—Postracion de España ante la tiranía y残酷 de cónsules y pretores.—El Imperio.—Su política.—César y Augusto.—Su protección á España.—Prosperidad de la Península.—Primeros ingenios españoles que cultivan las letras latinas.—Porcio Latron: su escuela declamatoria.—Junio Galion.—Turino Clodio.—Cornelio Hispano y Victor Estatorio.—Los dos Balbos.—Cayo Junio Hygino.—Sus obras.—Marco Ánneo Séneca.—Sus <i>Controversias</i> y <i>Suasorias</i> .—Sus loables esfuerzos para contener la caída de la tribuna.—Carácter general de estos escritores.....	3
CAPÍTULO II. POETAS Y FILÓSOFOS DEL IMPERIO.—LUCIO ÁNNEO SÉNECA.—Estado del mundo romano, al aparecer en la república literaria los poetas cordobeses.—Dotes de los poetas españoles.—Lucio Ánneo Séneca.—Su educación filosófica y literaria.—Su posición en Roma.—Su muerte.—Sus obras.—LAS TRAGEDIAS.—Si son parte de un solo ingenio.—Sistema dramático que en Séneca revelan.—Sus imitaciones del teatro griego.—Carácteres de estas imitaciones.—La poesía en manos de Séneca.....	3